

ANHANG III.

DER KATALOG VON OXFORD¹.

Anno domini M^o.CCCC.Lxvi circa festum nativitatis domini fuit venerabilis frater dionisius carthusiensis in domo brugensi ordinis carthusiensis, et portauit secum sequentes hos titulos librorum suorum qui tunc fuit rector noue plantationis ordinis ejusdem prope buscum ducis. Prologus.

A RELIGIOSIS alijsque venerandis personis frequenter atque per plures annos ego frater dionisius carthusiensis rogatus sum scribere eis nomina seu titulos opusculorum meorum distuli autem hucusque reputans apud me ne forte hoc ipsum vanitati non virtuti asscribatur presertim cum quidam magnorum sua legantur occultasse opuscula pro posse quoadusque vixerunt in carne, sed reclamauit sinderisis intus submurmurans et affirmans et si bonum est talia ex humilitate celare melius tamen et fructuosius est ex caritate huiusmodi propalare et communicare cum et sacra-tissimus dicat princeps apostolorum vñusquisque, sicut accepit graciam in alterutrum illam amministrantes. In ecclesiastico quoque legis Thesaurus inuisus et sapiencia abscondita que vtilitas in vtrisque. Ad hoc accedit et confert quod gabriel dixit archangelus Qui multos erudiunt ad iusticiam fulgebunt ut stelle in perpetuas eternitates. Interea forsitan quis dicet Jam tot et tanta a patribus sanctis catholicis viris illuminatis personis conscripta sunt ut opus non sit plura conscribere. Verum ad hoc iohannes cancellarius parisiensis respondit. In mensa sapientie in refectorio militantis ecclesie in conuiuio christi condecet assidue noua fercula exhiberi diuersaque alimenta proponi ut cuius internum palatum vnum pabulum aut non aut minus delectat aliud prouocet. Nempe iuxta varietatem differencie gustus corporei inuenitur differencia

¹ Bodleian Library. Ms. Rawlinson C. 564. Siehe oben, pag. 24, note 2, und pag. 99, note 3.

gustus interni et quosdam vetera quosdam noua magis oblectant. Hinc inductus statui pretae obtemperare peticioni potissime tamen ob hoc quoniam scio quod multa mihi asscribuntur opuscula que non feci que vtique tante eminentie fortassis esse queunt ut tante impericie defectuositasque homini ipsa indecens sit asscribi Nichilominus quedam illorum talia forte sunt ut non nisi dumtaxat sed et ordini sancto scandalum consistent talia edita esse a fratre religionis tam sancte. Verum quando ista scribo ad discernendum opuscula mea ab alijs non reor sufficere titulos seu nomina opusculorum exprimere nisi et eorundem exordia finesque tangantur siquidem a diuersis frequenter compilati sunt libri nominum eorundem et de eisdem materijs. Istud tamen pro nunc nequeo adimplere quoniam opuscula ipsa pro maxima parte iam alijs sunt concessa nec exordiorum ac terminorum ipsorum recordor nisi quod omnia vel pene omnia finiuntur hijs verbis, Qui est super omnia deus sublimis et benedictus Amen. Per articulos quoque procedo. Ex stili item tenore et forma poterunt probabiliter saltem discerni. Insuper ad vietandum prolixitatem atque iactancie speciem possem multa summatim perstringere ita scribendo. Super totam bibliam scripsi sed quando multi hoc ipsum egerunt et plures super quosdam biblie libros scripserunt ex illa breui summaria perstrinxione expositiuncule mee seu commentariola ab aliorum expositionibus et commentis discerni non possent cogor sigillatim exprimere Denique quantum occurrit memorie.

PRIMO scripsi super librum psalmorum prohemium dixit dauid filius ysiae. Hunc librum quantum desuper datum est literaliter allegorice tropologice et anagogice exposui quantum textus ipse permisit.

Super ysaiam prohemium. Ysaias propheta magnus et fidelis in conspectu dei et cetera. Hunc librum sicut et ceteras veteris testamenti scripturas litteraliter spiritualiter exposui.

- | | |
|---|-------------------------|
| Super Iheremiam. | Super exodus. |
| Super ezechielem. | Super leuiticum. |
| Super epistolas pauli. | Super librum numerorum. |
| Super iohannem. | Super deuteronomium. |
| Super matheum. | Super iosue. |
| Super lucam. | Super librum iudicum. |
| Super marcum. | Super thobiam. |
| Super vij ^{tem} epistolas canonicas. | Exposicio libri Ruth. |
| Super actus apostolorum. | Super iudith. |
| Super apocalipsim. | Exposicio libri hester. |
| Super genesim. | Super esdram. |
| | Super neemiam. |

Super librum machabeorum.
Super librum baruch.
Super xij^{cim} prophetas.
Super Job.
Super librum prouerbiorum salomonis.
Exposicio super ecclesiasten.
Super cantica canticorum.
Super librum sapientie.
Super ecclesiasticum.
Super libros regum.
Super librum paralipomenon.

De contemptu mundi et arta via salutis.
De fonte lucis et semitis vite.
De vicijs et virtutibus.
De venustate mundi et pulchritudine.
Dialogon de fide catholica.
De diuina essencia.
De donis spiritus sancti.
De passionibus anime.
Exposicio misse.
De quatuor nouissimis.
De remedijs temptacionum.
De contemplatione.
De oratione.
Contra ambitionem.
Contra superstitionem.
De grauitate et enormitate peccati.
De reformatione claustrali.
De reformatione monialium.
De regimine prelatorum.
De vita et regimine presulum.
De regimine principum.
De regimine policie.
De auctoritate et officio summi pontificis.
De potestate et iurisdictione summi pontificis.
De auctoritate generalium consiliorum opuscula tria.
Contra symoniacam prauitatem opuscula duo.

De officio archidiachonorum.
De officio legati.
De officio et regimine curatorum.
Exposicio dominice passionis secundum quatuor euangelistas.
De particulari iudicio in obitu singulorum.
De sacramento altaris et celebrazione. dialogus.
Impressus est.
De professione religiosorum.
De gaudio spirituali et pace interna.
De custodia cordis.
De modo et ordine iudicandi et corripiendi.
De vita coniugalium.
De vita viduarum.
De sancta virginitate.
De vita reclusarum.
De vita canonicorum.
Contra pluralitatem beneficiorum.
De mutua cognizione beatorum in patria.
Speculum conuersionis peccatorum. dyalogus.
Impressus est.
Exhortatorium nouiciorum.
Contra artes magicas et errores walde[siu]m.
De laudibus beatissime virginis.
De vita solitaria.
Sermones ad religiosos.
Exposicio climaci.
Translacio librorum cassiani ad stilum facillimum.
Contra perfidiam machometi et contra multa dicta saracenorum diuersi tractatus.
De vita militarium.
Cordiale.
De munificentia et beneficijs dei.

De regulis vite cristianorum.
De vita nobilium.
Sermones de tempore per totum cum exposicionibus euangeliorum et epistolaram dominicalium.
Sermones de sanctis simili modo.
Dialogus disputacionis de fide inter christianum Et [sic]
Dialogus de perfectione caritatis.
De puritate et felicitate anime.
De exemplis et documentis auctenticiis.
De modo recordationis passionis dominice.
De mortificacione viuifica.
De discretione spirituum.
De doctrina scolarium.
De deformatione et reformatione ecclesie.
De lumine theorice intuitinis.
Elementacio theologica seu compendium theologie.
Elementacio philosophica seu compendium philosophie.
Super boecium de consolatione literaliter et mystice.
Exposicio ymnorum carthusiensium.
Dialogus inter christum et principem.
Dialogus inter christum et principissam.
Epistola eiusdem ad dominum nicolaum de cusa cardinalem.
De modo agendi processiones.
Super angelicam iherarchiam sancti dionisij.
Super ecclesiasticam iherarchiam.
Super librum de diuinis non minibus pro parte et adhuc occupor.
Super quatuor libros sentenciarum.
Inflammatorium divini amoris.

Sunt adhuc plures libri quos compositus ipse et manu propria scripsit hos omnes inuenientis in domo professionis sue que dicitur domus bethleem intra ruremundam in gelria qui fuit sanctissime vite et obiit anno domini M^o CCCC^o Lxxj^o ipso die sancti gregorii pape Quo mortuo odor suauiissimus exiuit de corpore suo et diu in eius cella permansit Et dictus est dionisius rikel alias de leeuwis. Et in conuentu regularium in leiderdorp multos ipsius inuenies tractatus.

ADDENDUM.

In einem Altargemälde der Wallfahrts- Kirche zu Werthenstein, bei Luzern, (Schweiz) « in der nördlichen Kapelle sind die Heiligen des Karthäuserordens in hübscher Landschaft zu einer Gruppe vereinigt... Durch beigeschriebene Namen sind die heiligen Mönche bezeichnet : St Bruno, B. Hugo... B. Dionisius (sic.) » Josef Zemp. *Wallfahrts-Kirchen im Kanton Luzern*, S. 21. Luzern, J. Schill, 1893.

(Siehe Seite 85, Note 2.)

BERICHTIGUNGEN.

Seite 33 Zeile 21 lies : seinen Text nicht...
« 61 Note 1 *in fine* lies : 1584

INHALTSVERZEICHNISS.

Geburt des Dionysius. Seine Studien	5
Sein Klosterleben	17
Litterarische Thätigkeit des Dionysius	29
Sein öffentliches Leben. Seine Beziehungen zur Aussenvelt	56
Dionysius zu Herzogenbusch	72
Sein Tod. Sein Cultus	77
Die ersten Herausgeber des Dionysius. Die neue Ausgabe	87
Anhang I. Verzeichniss der Werke Dionysius des Karthäusers.	93
Anhang II. Von den Manuskripten des Autors. . .	101
Anhang III. Der Katalog von Oxford	106
Addendum	110
